



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Joscio Conf. 30. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

vinxisset; Protractum inde, ne supra magistrum primus etiam discipulus esset, virgis cæsum, ad crucem raptatum esse; hanc procul conspectam amicissimè salutasse, ad hanc velut ad exoptatam vitæ metam properasse, hanc velut expeditū senio suo scipionem amplexatum esse, velut nobilissimum suggestum cupidissimè conscendisse, ab eâ duos dies totidemque noctes, ab ejus ore hominum millia xx. pependisse; quorum accusu cùm territus Procos. detrahere eum de cruce cogitat, ANDREAM, id ne fieret, magnopere Deum esse precatum, ac proinde inter multum, qui precantem cinxerat, splendorem, è cruce ad cælum, Ægeam verò à malo dæmone, obtorto collo, ad pessimam crucem in orcum abiisse: ex tumulo denique ejus oleum stillasse, & hoc uno dolorem suum Christianos leniisse. Ex Baron.

*Felix anima, que in cruce gloriatur & triumphat: tantum ut perseveret in eâ, & nullis valeat temptationibus dejici. Oret igitur quisquis in cruce est, cum B. Andreâ Dominum & Magistrum suum, ne patiatur eum de cruce deponi. S. Bern. serm. 2. de S. Andr.*

### S. JOSCIO CONF. 30.Novembris.

**V**T nullo non tempore suam VIRGINI nocte-  
re corollam possis, Mariane, ecce tibi rosas  
in hieme etiam suggерimus. Cape sis, & hortum  
ex quo illæ veniunt, nobiscum mirare. Vixit an-  
no post partum virginicum M.C.LXIII. apud Au-  
domareses Joscivs monachus, & MARIA unicus  
amator. Amoris alia argumenta taceo, unum  
prodo, quod prius cælum prodidit. Igitur, ut  
numquam animo dulce illud nomen MARIA ex-  
cideret, quinque quotidie sibi dicendos Psalms  
delegit,

Nov. 30. Nov. VITÆ SANCTORVM 585  
delegit, quibus initium optimi ominis literæ ex  
eodem sacrosancto nomine dederunt, *Magnificat.*  
*Ad Dominum cùm tribularer. Retribue servo tuo. In*  
*convertendo. Ad te levavi. Quoties igitur hos de-*  
*currebat, MARIAM oculi legebant, aures bibe-*  
*bant, lingua sonabat, cor suspirabat. Et vide sis*  
*quàm hoc studium MARIA probaverit. Moritur*  
*Joscivs in pervaigilio S. Andreæ, & ecce geminæ*  
*& purpurâ tinctæ rosæ ex oculis, totidem ex au-*  
*ribus, ex ore denique una pullulat, singulæque*  
*literas suas, omnes MARIA nomen loquuntur.*  
*Et quaternæ quidem ad primum tactum & ipsæ*  
*mortuæ cum corpore sunt tumulatae. At illa,*  
*quam ex ore prodiisse diximus, quamque de-*  
*cerptam Episcopus crystallo inclusit, vivit hodie*  
*etiam, credo ut germen esset, ex quo similes ro-*  
*sas daret Mariana posteritas. Ex Molano.*

*Filiū honoremus in matre, & matrem veneremur*  
*in filio; utrique vota nostra fideliter exolvamus: qua-*  
*tenus genitrice filium pro nobis interpellante, vincamus*  
*mundum, diabolum superemus, temptationibus renita-*  
*mur, consequamur gratiam, adipiscamur coronam.*  
S.Laur.Justin.serm.de Nat.B.V.

Bb 5

DE-